



LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJUSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer  
egy évben. Elöfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

Per.  
Lat  
020

## Vexillarium gentis.

Budapesti in *Foro Libertatis* iam ex vi-  
cesimo die mensis Augusti novum moni-  
mentum<sup>1</sup> oculos *perambulantium* in se  
convertit: *gentis vexillarium*.<sup>2</sup>

*Abies celsa* de montibus Karpathicis huc  
descendit: exuit<sup>3</sup> non  
solum omnes ramos, sed  
etiam corticem, in quo-  
rum locum induit<sup>4</sup> appic-  
tum sibi serpentinisque  
flexibus<sup>5</sup> circumfluentem  
tricolorem Hungaricum.

Descendit de saxis ru-  
dibus montis nescio cuius  
regionis avulsae,<sup>6</sup> ut  
ascenderet hic in urbe  
principalis<sup>7</sup> Hungariae  
mutilatae<sup>8</sup> in rostra<sup>9</sup> cisis  
lapidibus exstructa.


At quid sibi hic vult?  
*Malus*<sup>10</sup> vult esse fractae  
navis Regni Hungariae?...  
Sic est. Luctum gentis  
indicat de antenna ad  
dimidium<sup>11</sup> malum sub-

missa velum,<sup>12</sup> id est vexillum gentis tri-  
color, triste dependens.

Signum es luctus, haud dubio; nulla  
tamen desperatio. In pterna<sup>13</sup> mali sedet  
minimus *Haduris maximi* genius galea-  
tus;<sup>14</sup> et supra rostra  
stridet<sup>15</sup> aquila, Hunga-  
ris dicta *Turul*.

In summo malo manus  
aureata tres digitos ad  
iurandum erectos te-  
net. — Quid iurat? Iurat  
per coelos altissimos:  
pacto illo *Trianonensi*  
nobis Hungaris non pa-  
cem, sed intolerabilem  
iniuriam esse impositam.

Exadverso plures iam  
abhin cannos stant tri-



Ex machina Arpadi Illés de Edvi.

<sup>1</sup> figyelmezettő jel    <sup>2</sup> nemzeti  
zászlótartó    <sup>3</sup> levetette    <sup>4</sup> felöl-  
tötte    <sup>5</sup> kígyóvonalban    <sup>6</sup> elszá-  
kitott területeknek a    <sup>7</sup> főváro-  
sában    <sup>8</sup> csonka    <sup>9</sup> szószékre  
<sup>10</sup> árboc    <sup>11</sup> félárboera ereszett  
<sup>12</sup> vitorla    <sup>13</sup> árboc talpán    <sup>14</sup> si-  
sakos    <sup>15</sup> víjjog




stissimae quattuor statuae partium<sup>16</sup> avulsarum: *Occidentis* nempe, *Septentrionis*, *Orientis* atque *Meridiei* statua. Cernunt erectam dexteram, audiunt iusurandum; sentiunt idem, iurant et idem.

Ecce, si homines tacent, saxa loquuntur. Sub vexillo gentis oratore vacua stat cathedra<sup>17</sup> saxe, attamen et vacua loquitur. Quid loquitur? Quid perorat? Quid praedicat?

Praedicat id, quod in postica<sup>18</sup> parte horum rostrorum litteris aureatis insculptum legitur, *Credo Hungarorum*:

Cred' in unum Deum,  
in unam patriam;  
Cred' in sempiternam  
Dei iustitiam  
Credo resurrectam  
vider' Hungariam.  
Amen!



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Numeri.

I. *Unus* est Deus in coelis. — *Unus* est sol in coelo. — Itidem *una* in coelo luna. — Et ipsum coelum nonnisi *unum*. — At in coelo sidera sunt *innumerabilia*. — *Solus* Deus omnipotens, *solus* aeternus: Quidquid Deus *semel* voluit, statim peractum est. — *Totum* mundum Deus e *nihilo* procreavit. — In mundo *cuncta* Deus regit; *nulla* res fit sine eius voluntate. — *Multa* sunt Dei beneficia, *pauca* nostra bona opera.<sup>1</sup> — Ipse Deus ante et post *omnia* per se ipsum *primus* erat, eritque ipse *ultimus*. — Per *singulos* dies benedicamus dominum Deum nostrum verum *unicum*.

II. *Duo* tibi sunt parentes: pater et mater. Post Deum *ambos* aequ<sup>2</sup> colere et diligere debes. — Beatus puer, cui *uterque* vivit parens.

### EX ARCHIVO RELIGIOSO

### Sententiae ex libro proverbiorum.<sup>1</sup>

#### A) Timor Domini.

(I. 7.) Timor Domini principium sapientiae; Sapientiam atque doctrinam<sup>3</sup> stulti despiciunt.

(III. 7.) Ne sis sapiens apud temetipsum<sup>3</sup>: time Deum et recede a malo.

(XV. 3.) In omni loco oculi Domini contemplantur<sup>4</sup> bonos et malos.

(XVII. 10.) Turris fortissima<sup>5</sup> nomen Domini: ad ipsum currit iustus, et exaltabitur.

<sup>16</sup> elszakított részeknek a <sup>17</sup> a kőből való szószék

<sup>18</sup> hátulsó részén. — <sup>1</sup> példabeszédek, közmondások

<sup>2</sup> tudomány, tanultság <sup>3</sup> önhitt módon <sup>4</sup> figyelik

<sup>5</sup> a legerősebb.

III. Vexilli<sup>3</sup> Hungarici *tres* sunt colores: ruber, albus, viridis. — Bona plurima sunt *terna*. — Inter *duos* litigantes<sup>4</sup> *tertius* gaudet

IV. *Quattuor* rotis currit currus. — Animalia, quae *quattuor* pedibus eunt, quadrupedes dicuntur. — *Quattuor* sunt regiones<sup>5</sup> coeli: Oriens, Meridies, Occidens, Septentrio. — *Quattuor* etiam diei termini<sup>6</sup>: mane, meridies, vespera, medinoctium. — *Quattuor* sunt aetates<sup>7</sup> anni: ver, aestas, autumnus, hiems.

V. *Quinque* sensus habent homines: oculis vident, auribus audiunt, naso olfaciunt, lingua sapiunt, digitibus palpant. — *Quinque* digitorum haec sunt nomina: pollex, index, digitus medius, digitus annularis, digitus minimus.

VI. *Sex* diebus Deus mundum procreavit.

VII. *Septimo* die requievit Dominus et illum etiam hominibus iussit esse diem festum.<sup>8</sup> — *Septem* dies hebdomadae<sup>9</sup> post Christum natum, at minime Christiano more, sic Latine nominabantur: dies Solis, dies Lunae, dies Martis, dies Mercurii, dies Jovis, dies Veneris, Sabbathum. Pro die Solis usu

<sup>1</sup> a mijó cselekedeteink <sup>2</sup> egyaránt <sup>3</sup> zászló lobogó  
<sup>4</sup> viszállykodó <sup>5</sup> az égtájak <sup>6</sup> határ vonala is <sup>7</sup> évszak  
<sup>8</sup> ünnepnap <sup>9</sup> a hétnek.

B) *Fili boni exhortatio, stulti correptio.*<sup>6</sup>

(X. 1.) Filius sapiens laetificat patrem ; filius vero stultus maestitia est matris suae.

(XVII. 25.) Ira patris. filius stultus ; et dolor matris, quae genuit eum.

(XVIII. 2.) Non recipit<sup>7</sup> stultus verba prudentiae ; nisi ea dixeris, quae versantur in corde eius.

C) *Cavendi mali amici.*

(I. 10.) Fili mi, si te lactaverint<sup>8</sup> peccatores, ne acquiescas<sup>9</sup> eis.

(I. 15.) Fili mi, ne ambules cum eis ; prohibe pedem tuum a semitis<sup>10</sup> eorum.

(XIII. 20.) Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum similis efficietur.

D) *Sera<sup>11</sup> poenitentia.*

(V. 13.) Cur non audivi vocem docentium me, et cur magistris non inclinavi<sup>12</sup> aurem meam ?


Christiano venit dies Dominica, vel breviter nonnisi Dominica. — E septem stellis constat Septentrio. — In septem collibus aedificata erat Roma.

VIII. Bis quaterni sunt octo.

IX. Ter terni sunt novem.

X. Bis quini sunt decem. — In ambabus manibus decem digitos habemus. Decem digitum seriem<sup>10</sup> numerandi definiverunt. Post decem itaque revertimur ad seriem novam, numeramusque undecim, duodecim etc. — Annus ad cursus<sup>11</sup> lunares in duodecim menses est divisus, dies vero in bis duodenas horas.

<sup>10</sup> számsor <sup>11</sup> a holdfény változások szerint.



## I. Lepus et testudo.

Latine reddidit Oswaldus Semmelweis d. VI. cl.

Pignora<sup>1</sup> dant inter se lepus et testudo priori, qui celerrimo cursu ad destinatam metam<sup>2</sup> pervenerit.

(XVII. 16.) Quid prodest stulto habere di-  
vitias, cum sapientiam emere non possit ?

E) *Ad parentes.*

(XIII. 24.) Qui parcit<sup>13</sup> virgae, odit filium suum : qui autem diligit illum, instanter erudit.<sup>14</sup>

(XXII. 15.) Stultitia colligata<sup>15</sup> est in corde pueri ; et virga disciplinae<sup>16</sup> fugabit eam.

(XXIII. 13., 14.) Noli subtrahere<sup>17</sup> a puerō disciplinam : si enim percosseris eum virga, non morietur. — Tu virga percuties eum ; et animam eius de inferno liberabis.

(XXIX, 15.) Virga atque correptio<sup>6</sup> tribuit

<sup>6</sup> megfeddése <sup>7</sup> nem fogadja be <sup>8</sup> csalogatnak <sup>9</sup> ne  
tarts velük <sup>10</sup> az öösvényeiktől <sup>11</sup> késő bánat  
<sup>12</sup> mért nem fordítottan tanítóim felé <sup>13</sup> sajnálja a  
virágcsont <sup>14</sup> állandóan oktatja <sup>15</sup> kévébe kötve,  
kéveszámra van <sup>16</sup> a fenyítés vesszeje ki fogja verni  
<sup>17</sup> ne vond meg fiadtól fenyítékedet.

Ineunt<sup>3</sup> certamen. Sed vix lepus nonnullos saltus<sup>4</sup> fecerat, cum longe post se relictam tardeque repente videt testudinem.

«Hem, cur ego connitar<sup>5</sup> — reputat secum lepus — sine,<sup>6</sup> crucietur testudo aemula aestuoso exposita soli. Ego interim sub frigida arboris umbra dormitabo.»

Dictum, factum. Recubuit, obdormivit.

Nonnisi sole occidente lepus experrectus est. Tum miser exanimus<sup>7</sup> currit ad metam. At testudo iam pridem metam assecuta huiusmodi verbis leporem sero advenientem excipit :

«Qui quamvis tarde, attamen assidue procedit, certe prior finem propositum assequitur.»

## II. Superbus et humilis.

Latine reddidit Zoltanus Kellermann d. VI. cl.

Nobilis quidam de genere Usz curru<sup>8</sup> vectus in via perangusta et ab utroque latere valde lutosa<sup>9</sup> occurrit episcopo Albajuliensi,<sup>10</sup> qui itidem curru vehebatur.

<sup>1</sup> fogadást tesznek <sup>2</sup> a kitűzött célhoz <sup>3</sup> megkezdik a versenyt <sup>4</sup> ugrást <sup>5</sup> miért erőködjem <sup>6</sup> hadd gyötörje magát <sup>7</sup> lélekszakadva <sup>8</sup> kocsin utazva  
<sup>9</sup> sáros <sup>10</sup> gyulafehérvári.

sapientiam: puer autem, qui dimittitur<sup>18</sup> voluntati suae, confundit<sup>19</sup> matrem suam.

(XXIX. 17.) Erudi filium tuum, et refrigerabit<sup>20</sup> te, et dabit delicias animae tuae.

<sup>18</sup> akit ráhagynak <sup>19</sup> kétségbjeejti <sup>20</sup> fel fog üdíteni.

### EX AUCTORIBUS ROMANIS

Ex C. Plinii Caecilii Secundi epistolarum libro VI-to epistola XVI-ta.  
(Avunculi sui Plinii maioris sub incendio<sup>1</sup> Vesuvii exitum<sup>2</sup> narrat rerum scriptori Tacito.)

C, Plinius Tacito suo salutem.

Petis, ut tibi avunculi mei exitum scribam. Gratias ago... Erat Miseni, classemque imperio praesens regebat. Nonum Kalendas Septembres,<sup>3</sup> hora fere septima, mater mea

«Decede<sup>11</sup> de via — ait auriga — episcopo Albae-Juliae.»

«Decede de via — replicat superbus nobilis — domino de Usz.»

«Sic est. Decedamus. — ait episcopus ad aurigam suum. — Ille enim dominus, ego autem nonnisi servus Domini.»

### III. Mente<sup>12</sup> puerili.

Latine reddidit Joannes Kovács d. IV. cl.

Mater Ladislao fabulam narrat de lupo et agno, et etiam documentum<sup>13</sup> adiungit.

Videsne, mi fili: nisi agnella a latere matris suae discessisset, lupus eam non comedisset.

Certe — respondet puerulus — tunc nos eam comedissemus.

\*

**Petrusculus** male se gesserat. Hac de causa pater eum deverberavit.<sup>14</sup> Paulo post Petrusculus ad patrem se contulit et inquit: Audisne patercule, hoc tam gravi tempore revera fieri non licuit, Hungarus ut Hungarum deverberaverit.

(Latine reddidit Ios. Albrecht d. VI. cl.)

indicat ei, apparere nubem inusitata<sup>4</sup> et magnitudine et specie... Poscit soleas,<sup>5</sup> adscendit locum, ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes... oriebatur, cuius similitudinem et formam non alia magis arbor, quam pinus expresserit... Magnum,<sup>6</sup> propiusque noscendum, ut eruditissimo viro, visum.

Iubet Liburnicam<sup>7</sup> aptari... Deducit quadriremes... Properat illuc, unde alii fugiunt... Iam navibus cinis inciderat; quo<sup>8</sup> propius accederet, calidior et densior; iam pumices<sup>9</sup> etiam, nigrique et ambusti et fracti igne lapides... Cunctatus paullum, an retro flecteret, mox gubernatori «Fortes — inquit — fortuna iuvat; Pomponianum<sup>10</sup> pete!» Stabiis erat...

<sup>1</sup> tüzhányás, kitörés <sup>2</sup> kimulását <sup>3</sup> anno post Christum natum 79. <sup>4</sup> szokatlan nagyságú és alakú <sup>5</sup> saruit <sup>6</sup> nagy dolognak látszott <sup>7</sup> gyorsevezős hajót szereltet <sup>8</sup> minél <sup>9</sup> lávákövek <sup>10</sup> P.-hoz igyekezzél.

**Furcifer?** — Martinellum ludi vicani<sup>15</sup> novum discipulum interrogat magister: Quid tibi nomen?

Respondet ille: Mihi nomen est Martinello.<sup>16</sup>

Magister: Domi es Martinellus; sed hic in schola altero tuo nomine, praenomine<sup>17</sup> vocaberis.

Martinellus: Domi non sum Martinellus; domi semper Furcifer<sup>18</sup> vocor. Hic in schola velim esse Martinellus.

(Latine reddidit Iul. Barakovits d. VIII. cl.)

\*

**Hospes quidam** in convivio<sup>19</sup> ad dominam domus: Quis est ille iuvenis tam studi<sup>20</sup> habitus oris?

Domina domus: Est frater meus, domine!

Hospes: Ah, ignoscas<sup>21</sup> quaeso, quod tam incuriosus<sup>22</sup> sum! Debebam enim animadvertere similitudinem.

(Latine reddidit Fr. Csik d. VI. cl.)

<sup>11</sup> térf ki <sup>12</sup> gyermekes ésszel <sup>13</sup> a tanulságot is <sup>14</sup> elverte <sup>15</sup> a falusi iskola <sup>16</sup> Marci <sup>17</sup> vezetéknéveden fogunk szólítani <sup>18</sup> akasztófáralavalónak hívnak <sup>19</sup> a vendégségen <sup>20</sup> olyan buta arckifejezésű <sup>21</sup> meg-bocsásson, kérem <sup>22</sup> udvariatlán.

Ibi, quamquam nondum periculo approxinante, conspicuo tamen... sarcinas<sup>11</sup> contulerat in naves, certus fugae, si contrarius ventus resedisset: quo<sup>12</sup> tunc avunculus meus secundissimo invictus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur... Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissimae flammae altaque incendia reucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur...<sup>13</sup>

In commune consultant: intra tecta subsistant, an in aperto vagentur. Nam crebris<sup>14</sup> vastisque tremoribus tecta nutabant, et quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub divo rursus pumicum casus metuebatur. Quod<sup>15</sup> tamen periculorum collatio elegit... Cervicalia<sup>16</sup> capitibus imposita linteis<sup>17</sup> constringunt. Id munimentum adversus decidentia fuit. Iam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque: quam tamen faces multae variaque lumina solverbant.

Placuit<sup>18</sup> egredi in litus, et e proximo adspicere, ecquid iam mare admitteret:<sup>19</sup> quod<sup>20</sup> adhuc vastum et adversum permanebat. Ibi super abiectum linteum recubans, semel atque iterum frigidam<sup>21</sup> poposcit, hausitque. Deinde flammarumque praenuntius odor sulfuris, alias in fugam vertunt, excitant illum. Innixus servis duobus adsurrexit, et statim concidit,<sup>22</sup> ut ego coniecto,<sup>23</sup> crassiore caligine<sup>24</sup> spiritu obstructo...

Finem ergo faciam. Unum adiiciam: omnia me... vere persequutum. Tu potissima<sup>25</sup> excerptes. Aliud est enim epistolam, aliud historiam; aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

(N. B. Quae ipse cum matre Miseai triduo sub incendio Vesuvii perpessus sit, describit auctor Tacito roganti in epistola altera I. 20.)

<sup>11</sup> málháját, holmiját <sup>12</sup> a nagybátyám pedig éppen ettől a neki nagyon is kedvező széltől odahajtattva <sup>13</sup> még inkább kiélezettet <sup>14</sup> sűrű és pusztító <sup>15</sup> mégis ezt <sup>16</sup> párnákat <sup>17</sup> lepedőkkal <sup>18</sup> elhatározták, hogy... <sup>19</sup> megengedi-e már, t. i. az elhajózást <sup>20</sup> ámde az <sup>21</sup> hüsitőt, hideg vizet <sup>22</sup> összeszestt <sup>23</sup> egybevetem <sup>24</sup> mert a sűrűbb gáz elsojtotta léleket <sup>25</sup> hoc ipsum fecit constructor ephemeridis, sed nonnisi abbreviationi causa

### EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

### Ioannes Niger.

(Excerptum est hocce specimen ex *Wolfgangi de Bethlen Historia de rebus Transylvanicis*, etquidem e libro primo. — Auctor operis supremus<sup>1</sup> comes<sup>1</sup> erat comitatus<sup>2</sup> Albensis,<sup>2</sup> nec non' regni cancellarius, ipsius vero celsissimi principis Transsylvaniae Michaelis Apafi consiliarius<sup>3</sup> intimus.<sup>3</sup> Opus ab auctore ipsi principi dedicatum legimus. Deducunt autem quinque tom<sup>4</sup> more annalium conscripti, quomodo Transsylvania a regno Hungariae avulsa<sup>5</sup> fuerit, quaeve deinceps in ea aut circa eam gesta sint. — Relatincula<sup>6</sup> de *Ioanne Nigro* intertexta<sup>6</sup> nonnisi episodium minimi momenti censeatur.)

Sub idem tempus\* nebulo<sup>7</sup> quidam *Ioannes Niger* dictus, asserens se originem trahere de sanguine principum Serviae,<sup>8</sup> quos despotas vocant, magnā Thracum manu brevi coactā, tam Turcas,<sup>9</sup> quam Hungariae magnates, nobiles pariter, ac mercatores, verbo<sup>10</sup> quoscumque apprehendere potuit, trucidabat, spoliabat, et multa nefaria<sup>11</sup> patrabat.<sup>11</sup> Qua de re dum multae ad *Ioannem regem* delatae fuissent querelae, ad compescendum<sup>12</sup> eum cum non contempnendis copiis expedivit<sup>13</sup> Petrum Perénium; sed ubi ventum fuisset ad praelium, *Perénius* ab eo est prope Szegedinum profligatus.<sup>14</sup> Verum brevi post *Emericus Cibákius* episcopus Váradiensis sinulque praefectus Temesváriensis, reparato exercitu, illum in iisdem campis invadit, profligat, et ipsum sauciat.<sup>15</sup> Ast postquam convaluisse, dispersi exercitus sui collectis reliquiis,<sup>16</sup> civitatem Szegediensem invadit, illam depraedari intendit; sed ab incolis loci illius et latrones eius dissipantur, et ipse in femore<sup>17</sup> mortifera sclopetaria<sup>18</sup> glande<sup>18</sup> traiicitur; attamen ex praelio sese subducens dum in pago<sup>19</sup> Turritto nominato vulnus curare intendisset, *Valentinus Török* eum invadit, enecat, caputque eius Budam ad regem remittit.

<sup>1</sup> föispán <sup>2</sup> Fehér megyének <sup>3</sup> belső titkos tanácsosa <sup>4</sup> öt kötet <sup>5</sup> szakadt el <sup>6</sup> közbeszött közlés Fekete (Csarni) Ivánról <sup>7</sup> anno 1526. <sup>7</sup> gazember <sup>8</sup> Szerbia <sup>9</sup> úgy törököket <sup>10</sup> szóval <sup>11</sup> sok gazságot követett el <sup>12</sup> az ő megfélkészésére <sup>13</sup> elindította <sup>14</sup> megveretett <sup>15</sup> megsebesítő <sup>16</sup> összeszedve maradványait <sup>17</sup> combján <sup>18</sup> puskagolyótól átlövetik <sup>19</sup> Tornyos nevű faluban.

## Trianon: tria non!

1. Pertaeduit<sup>1</sup> Parisios,  
quin<sup>2</sup> et Versalias  
Dictandae pacis iungere  
sib<sup>3</sup> ignominias.
2. Castello sic Trianoni  
minori dedecus  
Obvenit<sup>4</sup>: atrocissimum  
componere<sup>5</sup> scelus.
3. Extrusa 'st e concilio  
statim Iustitia,  
Diramque dictat Hungaris  
pacem Superbia :

## I.

4. «Hoc pacto pacis,<sup>6</sup> Hungari,  
inibitis vias<sup>6</sup>:  
Bohemis resignabit<sup>7</sup>  
partes Karpaticas !»
5. Tristis gentis calamus :  
,Re-si-gno'.  
Trux<sup>8</sup> sed gentis genius :  
,Re-sig-non !»

## II.

6. «Tum pactum pacis, Hungare,  
hoc alterum scias :  
Valachis resignabit<sup>7</sup>  
en Transsylvaniae !»
7. Tristis gentis calamus :  
,Re-si-gno'.  
Trux sed gentis genius :  
,Re-sig-non !»

## III.

8. «Hoc demum pactum tertium :  
Regni pinguissimas  
Serbis vos resignabit<sup>7</sup>  
partes Banaticas !»
9. Tristis gentis calamus :  
,Re-si-gno'.  
Trux sed gentis genius :  
,Re-sig-non !»

\*

10. Firma gentis arce  
Fata pangunt<sup>9</sup> Parcae :

Nomen est omen,  
Vulneribus fomen,<sup>10</sup>  
Redimendi momen!<sup>11</sup>  
Nomen est prognosticon...<sup>12</sup>  
Heu, Trianon : tria non !

Josephus Irsik.


<sup>1</sup> undorodott Párizs <sup>2</sup> söt Versailles is <sup>3</sup> magára  
venni <sup>4</sup> jutott <sup>5</sup> megszerkesztemi <sup>6</sup> kezditek meg a  
béké útját <sup>7</sup> aláírástokkal átengéditek <sup>8</sup> dacos <sup>9</sup> a  
végzet szavait zengik <sup>10</sup> enyhítő ír <sup>11</sup> indíték <sup>12</sup> jósló  
előjel.

## EX DIURNIS

**Eruptio Aetnae.** Antiqui eruptiones montium ignivomorum<sup>1</sup> incendia<sup>2</sup> dicebant, sicuti exempli gratia et Plinius minor de *incendio Vesuvii* ad Tacitum scribit. Causis autem huiusmodi incendiorum cognitis, ea phaenomena<sup>3</sup> rectius eruptiones dicuntur. Antiquis nonnisi Vesuvii incendia magis nota erant, novissime autem de Aetnae eruptionibus saepius legimus. Horribilis erat per hebdomadam, circiter ab octavo usque ad quintum decimum diem Novembris, in Sicilia Aetnae eruptio. Massa e stomacho<sup>4</sup> montis evomita,<sup>5</sup> quae lava dicitur, ardens et liquida defluebat usque ad mare, omnia, quae sibi obvia<sup>6</sup> erant, comburens atque conterens.<sup>7</sup> Oppida periclitatissima<sup>8</sup> erant *Mascal* et *Carabba*, quorum primum omnino devastavit flumen lavae inter Messinam Cataniamque mare versus defluens. Horrible, at etiam grandissimum<sup>9</sup> visu phaenomenum erat lava in quadam parte montis de altitudine 150 metrorum cataractae modo praecipitata.<sup>10</sup>

**Submersa<sup>11</sup> navis «Vestrīs».** Die 13-o Novembris terrabant per Oceanum naves radiographica signa periculi S. O. S., quorum sensus: Salvate Animas Nostras! E nave vectoria<sup>12</sup> grandi, cui nomen «Vestrīs», haec signa per aera vibrabant. Non maris tempestas, sed defectus ipsius navis periculi causa erat. Subvenerunt<sup>13</sup> quidem ei nonnullae naves: attamen ipsa Vestrīs submersa est et vectorum<sup>14</sup> quoque centum et viginti in undis perierunt. Qui e mortis fauibus liberati sunt, horrentes de infandis cruciatibus<sup>15</sup> narrant.

<sup>1</sup> tűzhányó <sup>2</sup> égéseknek mondtauk <sup>3</sup> jelenségek  
<sup>4</sup> gyomrából <sup>5</sup> kiokadott <sup>6</sup> útjában <sup>7</sup> elpusztítva  
<sup>8</sup> leginkább veszélyeztetett <sup>9</sup> legnagyszerűbb <sup>10</sup> lezuhánó <sup>11</sup> elszillyedt <sup>12</sup> szállító gózös <sup>13</sup> segítségére  
jöttek <sup>14</sup> utasok közül <sup>15</sup> gyötrelmekről.



**Terra motus<sup>17</sup> in Valachia.** Die 23-o terra motus vehemens paene totam Valachiam tremefecit. Praesertim oppida Jassy, Kisenev, Constanza, et ipsa quoque urbs Bucarest, vehementiores motus sentiebant; clades vero nulla.

**Tempestates<sup>18</sup>** in partibus occidentalibus Europae. Ultimo Novembris triente<sup>19</sup> ex Oceano et ex omnibus locis Occidentis quotidie nuntii tempestatum ingentissimarum afferebantur. Iam ante vicesimum Novembris saevissimus, Orcanus qui dicitur, ventus circa centum vitas hominum extinxit, detrimenataque tristissima navium in mari aedificiorumque in terra attulit.

Renovatae deinde bis tempestates praeципue 25-to, 26-to et 27-mo summa vi furiebant adeo, ut in freto<sup>20</sup> aestuario Lamanche naves ire nequierent. Naufragia his diebus plura, quam alio tempore per annum.

In insulis Philippinis itidem ventus atrocissimus saeviebat, qui dicitur ibi *Taifunus*. Praeter alia detimenta ibi etiam segetes<sup>21</sup> devastatae sunt. Vitas amiserunt homines ducenti.

<sup>17</sup> földrengés Oláhországban    <sup>18</sup> viharok    <sup>19</sup> harmadában    <sup>20</sup> a L.-csatornában    <sup>21</sup> a vetések.



### Siculi contortae<sup>1</sup> mentis.

In comitatu Transsylvaniae Siclo-Udvarhelyino gemini sunt pagi: Templivicus<sup>2</sup> et Sacellivicus.<sup>3</sup> Incolae horum vicorum praecipuum quaestum<sup>3</sup> faciebant ex asseribus<sup>4</sup> lignisque venditis. Vendere autem suis legibus non ultra duo milliaria<sup>5</sup> a suis vicis licebat. Cum denique merces<sup>6</sup> suas in stricto illo circulo non nisi minimi vendere possent, Claudiopoli vero, a qua civitate ipsi longissime aberant, duplum vel et triplum pretium assecuturos se sperarent, petitionem<sup>7</sup> fecerunt ad regem Mariam Theresiam: dignaretur<sup>8</sup> decernere, ne Claudiopolis a Templivico et Sacellivico longius<sup>9</sup> abesset quam duo milliaria. — Complacuit Mariae Theresiae tam contorta mens, concessitque, quod petierant.

### Plinius minor ad Tacitum de Plinio maiore.

«Beatos puto, quibus deorum munere datum est aut facere scribenda, aut scribere legenda; beatissimos vero, quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus et suis libris et tuis erit.»

### Provocavit ad sobrium.

Philippus, rex Macedonum, mulierem quandam Macedonicam nomine Machaeram temulentus<sup>10</sup> immerenter<sup>11</sup> damnavit.

«Provocabo<sup>12</sup> cras» — inquit damnata.

,Ego, rex Philippus, te damnavi. Ad quem tu potentiores vis provocare? — increpat eam rex.

«Ad te ipsum, regem Philippum — respondet ei mulier — sed ad sobrium.»<sup>13</sup>

### Nobile<sup>14</sup> par fratrum.

Vagabundi<sup>15</sup> duo propter aliquod delictum<sup>16</sup> iudici respondere debebant.

Iudeo (ad primum): Ubi habitas?

Vagabundus primus: Egone?... sub divo.<sup>17</sup>

Iudeo (ad alterum): Et tu?...

Vagabundus alter (digitum ad socium intendens): Huic exadversum.<sup>18</sup>

(Dr. F. Gondán.)

### Cingarus et studiosi.

In via lutosa<sup>19</sup> cingarus obviam<sup>20</sup> fit studiosis pariter «per pedes apostolorum» iter facientibus.

— Ne tam celeriter, cingare! Equulei<sup>21</sup> iam certe fessi sunt (quod de pedibus eius illis videbatur).

— Facile vos iocamini<sup>22</sup> (retorquet<sup>23</sup> cingarus ludibrii<sup>24</sup> telum in studiosos) ex illa alta rhaeda,<sup>25</sup> qua vos vehimini.<sup>26</sup>

(Dr. F. Gondán.)

<sup>1</sup> csavaros eszű    <sup>2</sup> Egyházasfalu és Kápolnásfalu  
<sup>3</sup> 8 fő keresetüket    <sup>4</sup> deszka- és faeladásból    <sup>5</sup> két mér-földön túl    <sup>6</sup> árukat    <sup>7</sup> kérvényt    <sup>8</sup> méltóztassék elrendelni    <sup>9</sup> ne legyen távolabb    <sup>10</sup> ittasan    <sup>11</sup> érdemetlenül, vételelül    <sup>12</sup> fellebbezni fogok holnap    <sup>13</sup> mint józanhoz    <sup>14</sup> előkelő (gúnyosan)    <sup>15</sup> csavargó    <sup>16</sup> vétség  
<sup>17</sup> a szabad ég alatt    <sup>18</sup> ezzel szemben    <sup>19</sup> sáros    <sup>20</sup> szembe kerül, találkozik    <sup>21</sup> a lovacsák    <sup>22</sup> gúnyolódtok ti  
<sup>23</sup> fordítja vissza    <sup>24</sup> a csúfolódás nyilát    <sup>25</sup> kocsiról  
<sup>26</sup> ti utaztok.

## Solutiones aenigmatum Numeri 1.

a) Sunt pue|rī pue|rī || pue|rī pue|rīlia|  
tractant.

b) Terra mater, mater magna, mater semper  
alma.

c) (Ad saltum equulei) Stropha 1-ma e *Credo Hungarorum*:

1a, 2c, 1e, 3f, 5e, 6c | 5a, 3b, 4d, 5b, 3a, 1b ||  
2d, 1f, 3e, 5f, 6d, 4c | 6b, 4a, 2b, 3d, 2f, 1d ||  
3c, 2a, 1c, 2e, 4f, 6e | 5c, 6a, 4b, 5d, 6f, 4e ||

d) braccae.

Aenigmata Numeri primi recte  
dissolverunt:

Iulius Barakovits d. VIII. cl. gr. Szekszárdiensis. — Aurelius Gáspár d. VI. cl. gr. Keszhelyensis. — Tekla Gyönyör d. VIII. cl. g. Aegopolitanus. — Franciscus Csik d. VI. cl. gr. Keszhelyensis. — Classis VI-ta A. gymn. Madáchiani Bp. — Ioannes Endrei d. VII. cl. gr. Bp. — Georgius Szabó d. V. cl. gr. Bp. — Stephanus Máder d. VII. cl. gr. Bp.

## AENIGMATA.

I.



II.

a Ludovico Korenchy.

- 6, 26, 10, 18 = periculum in...  
19, 7, 23, 13 = pluralis partis arboris  
7, 4, 22 = verbum salutandi  
2, 9, 14 = animal cornutum  
1, 11, 21 = sine quo suffocamur  
12, 8, 15 = imperativus verbi  
3, 14 = trinum habet sensum  
5, 17 = coniunctio  
24, 25 = praepositio  
27 = littera consonans liqui.

1-27 = proverbium pentametricum.

III.

Pater cuius nunc modo nascitur, filius  
iam in summo tecto saltitat. — Qui sint isti?

IV.

ad saltum equulei.

fi	pru	quid	gas	spi
*Quid	et	ter ce	—	a
den	nem	gis	re	a



Cunctis lectoribus: Promisi in numero primo usque ad festum Nativitatis etiam alterum et tertium numerum Iuventutis proditum esse: at insperata impedimenta retardaverunt me. Impetranda nempe prius licentia prodeundi erat.

Fr. Csik, Lud Korenchy, Ios. Albrecht, Iul. Barakovits: e vestris selecta prodibunt.

Pluribus sciscitantibus: Licet etiam pro semestri tantum praesolvere.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)